





LAURUS VICTORIAE

*Quam*  
*Sui quondam Sexus Nobilissima Corona,*

MARIA CATHARINA  
ALEXANDRA

VIRI

*Nobilissimi, Consultissimi atque Excellentissimi*  
JO. SAMUELIS STRYCKII,

J.U.D. & Prof. in alma Fridericiana Celeberrimi,

*Patroni sui Aeternum colendi*

desideratissima Conjux

inter vitæ ac mortis certamina

d. 22. Novemb. 1700. reportavit,

Interprete

N. J. Wäferschleben / P. Soltquell. Marchicus.

---

HALÆ, Literis Johannis Jacobi Krebsii, Acad. Typogr.



**ADESTE CIVES!**

Et cognoscite *perversum* factorum ordinem,  
minime *perversum*.

*Sinistrum* minime *Sinistrum*,

Sed *dextrum* potius.

Arbores *ponunt* comas:

**Sic Virtus Vitam,**

& dum *ponit*, quærit,

& dum *quærit*, invenit.

Et ecce !inveniendō *amittit*, quod dulce erat:

*lucratur* tamen longe felicius.

At, ne vos detineam:

Sciatis

Hæc loca esse sancta non profano violanda pede;

Conduntur enim sub hoc fluxo lapide.

**VIRTUTES IN MORTALI CORPORE IMMORTALES**

i. e.

*Vultu* DEMORTUO adhuc *exhibet*

quas

*VIVA* animo *exhibuit*

HEROINAS VIRTUTES

**MARIA CATHARINA** *ominofo nomine* **ALEXANDRA**

Pulcritudinis simulacrum perfectissimum

(si hæc ad hominis perfectionem aliquid affert)

Omniumque Virtutum Centrum absolutissimum

Celeberrimorum Majorum dignissimæ Neptis,

ad

**PUGNAM & VICTORIAM**

nata

Quid mirum si *Nomen* inspicias,

In tanto *omine ominari* tanta Virtutum *Nomina*.

Scilicet

Vera Virtus

& unde *venerit*, & quo *tendat*, non, quid sit *passura*, *attendit*.

non tam ad cuspides Satanae *perferendas*,

quam laborum Tropæa *referenda*.

prompta parataque.

Is fuit nostræ **ALEXANDRAE** Introitus,

ut se ad **PUGNAM** nasci,

Is fuit nostræ **ALEXANDRAE** Exitus,

ut se ad Laurum & **VICTORIAM** denasci

intelligeret.

W.A.M. Licentis Johannis Jacobi Neptis, Acad. Typogr.

**VINCERE** didicerat,

Sed & *Victoriam* non sine *Victima* parari  
demonstraverat

hostilis copia

Mundus, Caro, Satanas.

**PUGNARE** didicerat.

cum Mundo Immundo

ad recuperandum Mundum Mundissimum,  
unde Mundata erat a **CHRISTO**.

Symbolum erat

**MILITEMUS.**

Et ne quid Magnanimæ Heroinæ deesse  
videretur

Augustam Cæsar's vocem:

**MILES ACIEM FERI!**

etiam Fœminis applicari

posse

suo docuit exemplo.

Ipsa satis experta

Virtutis documentum esse

*Vulnera*

*Presenti non Averso*

excipere Corpore

Nam *Constans* fuit non *Timida*,

nec tamen *Temeraria*.

nunquam Fugiens, nisi Victrix:

nunquam Victrix, nisi Fugiens.

Vulneribus,

quæ Dux omnium Spiritualium  
certaminum

**JESUS CHRISTUS**

in bello

quo hominum levavit

bella

*presenti facie* sustinuit

*innisa*.

Neque ancipitis **PUGNAE** & fortunæ

fluctibus fluctuata fluctuavit,

Sed *Immota, immobili* Pugnae serie

mansit.

Et jam tempus erat **TRIUMPHANDI.**

O Fatum!

**MORTUA** est,

*pugnavit*

*Vicitque.*

**VENIT** in Mundum:

**VIDIT** Van tates:

**VICIT** Duce **CHRISTO**:

sub hoc Symbolo:

**IN HOC VINCES.**

sciens

**IN DEO ESSE VICTORIAM**

Dubium

An Melius Venerit,

aut Fortius pugnaverit,

aut Felicius Vicerit.

Ita pugnavit cum JAIRI filia

ut Triumphans, Triumpharet cum Triumphante

**JESU**

& Caeleste SALEM

SALO superato Terresti

introiret.

PURA CASTA FORTISSIMA

**MARIA CATHARINA ALEXANDRA.**

Coeterum

Immortalis est facta in omnibus,

nisi quod

Mortale hoc sub tumulo

suae Virtutis pignus

fractum corruptum

redditum ei, qui oppignoraverat

in tantum Lucrum

deposuerit,

ut in die Pantacritico

**Recidivum**

animae,

cui debetur hoc pignus,

redderet.

Sic eunt Res fidelium

ut in Bona Causa

tandem Superent.

Hæc

Ultima

rerum fluxarum

fidelibus

**LINEA!**

**ILICET!**





LAURUS V

*Sui quondam Sexus*

MARIA CA

ALEXA

*Nobilissimi, Consultissimi*

JO. SAMUEL

J.U.D. & Prof. in alma F

*Patroni sui A*

desideratisfi

inter vitæ ac n

d. 22. Novemb. 1

N. J. Waferschleben / P

HALÆ, Literis Johannis J



NA

*simi*  
KII,

rimi,

